



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici  
Semestria duo**

Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici Semestre alterum -  
Cum Indicibus

**Strauch, Johann**

**Jenae, 1674**

Cap. XII. Ad Capit. V. de Arbitris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10241**

ibant Pontificem, qui rescritbit Cancellario & Magistro Lothario  
Canonico Parisiensi, ut sub pœnâ compromisso statuta Hospitala-  
riis in beant arbitrio parere.

## CAP. XII.

## Ad Capit. V. de Arbitris.

S U M M A R I A.

- 1. Abbatia Pigaviensis vel Pega- viensis.
- 2. Wipertus Comes in Groizch.
- 3. Monasterium Pegaviense ex- emtum.
- 4. Privilegium exemptionis.
- 5. Quâ de re lis inter Episcopum Merseburg. & Abbatem Pe- gav.

**H**æc decretalis directa est ad Abbatem & conventum de Pigaviâ, ut expressit loci nomen Raymundus. In collectione III. legitur de Pigamia, alibi Pisania. In MSCto vel Pegaviano, Pygavia. Rectè. Ita enim vocatur oppidum, viensis. quod tertio lapide à Lipsiâ distat & alluitur Elstrâ, vel Elistrâ fluvio. In chronico Monasterii hujus oppidi scribitur, Bigaugia, Pigaugia, itemq; Pigavia, Begavia, uti Langius in chronico Citizenis p. 784. effert; denique Pegavia, vetus patrimonium Wiperti Comes in mitis Groicensis, & Marchionis Lusatiae, in qua ad hoc hodie hujus sui fundatoris, Wigberti vel Wiperti Comes in mitis ossavisuntur. Historiam hujus Wiperti magnâ diligentia concessit Henr. Bangertus ad Helmoldi chronicon Slavorum lib. i. à pag. 101. Scribit itaque Innocentius III. Abbatii & convenit Monasterii cui Monasterii S. Jacobi Pegaviensi, quibus lis erat cum Episcopo Pegaviense Mersburgensi super libertate monasterii Bigaugiensis seu Pegaviensis. Pertinet ad hanc eandem item & cap. ult. Infra de probat. Lis inde erat: Wipertus anno MCVI. de consilio Abbatis Pegaviensis misit Romam, supplicans, ut locus Pegaw per Papam exemptionis eximeretur à potestate cuiuslibet alterius, obtinuitque privilegium à Paschali II. Pontifice: Cujus excerptum habetur apud epitomatorem chronici Latini, quem Dn. Maderus antiquitatum investigator laudatissimus exhibet, id ita habet: *Pascalis Episcopus, servus servorum Dei, fidelibus per Saxoniam Sal. & Apost. bened.*

N 5

De-

Desiderium &c. Wicpertus siquidem, Saxonice gentis illustris Comes in Merseburgensi parochiâ, in loco prædii sui, quod Bigauvia dicitur monasterium &c. quod obtulit S. Petro &c. Apostolicæ sedis juri in perpetuum mancipavit: Advocatiam tamen monasterii ipse habiturus excepit. Integrum hoc privilegium habet editio Latina plenior, à Reineccio procurata.

Quâ de re  
lis inter  
Episcop.  
Merseburg.  
& Abbatem  
Pegav.

Cum itaque Episcopi Merseburgenses non desinerent Abbatem suæ potestati vindicare, compromissum fuit in arbitrium Archiepiscopi Magdeburgensis, qui re cognitâ sententiam promulgavit, à quâ cum appellatum esset ad Pontificem, Pontifex sententiam confirmavit, exceptis capitulis, quæ spectabant ad libertatem ipsius monasterii & duarum capellarum ejusdem. Rationem, cur in hisce capitulis pro Abate pronunciarit, reddit Innocentius, quod et si sponte voluerit Abbas, tamen de jure non licuerit sine licentiâ Romani Pontificis renunciare exemptioni. Duravit tamen lis ista etiam posthac, usque ad Pontificatum Honorii III. ut habetur in chronico Montis-Sereni, à Madero edito. Nimirum semper male habuit Episcopos, quod Abbates aliqui suâ potestate eximantur. Vocabant eos ideo Acephalos, ut videre est ex Goffrido Vindocinensi lib. 2. Epist. 27. Et apud Ivonem parte 6. de clericis, qui nulli parent Episcopo, ubi: Tales acephalos, id est, sine capite priscae Ecclesiæ consuetudine vocari ait.

Quod nomen tamen immerito eis exprobratur, qui sedis apostolicæ privilegio nituntur. Vide Sirmonendum  
ad G. Vindocin. p. 39.



## INDEX